

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Delineatio pandectarum - Cod. Ettenheim-Münster 76

[S.l.], [18. Jahrh.]

Liber 18

[urn:nbn:de:bsz:31-108646](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-108646)

Titulus 1.

De contrahenda emptione et de
pactis inter emptorem et venditorē
compositis, et qua res venire
non possunt.

De emptione et venditione ^{agi solet} ~~agimus~~ in just.

l. 3. §. 24. itē in jur. Can. l. 3. Tit. 17 ^{ubi hanc materia elucidat} ~~scilicet hanc~~

~~quodam ad huc tractanda~~ ^{valde interim}
Q. 1. Quae res vendi possunt? R. quae sunt
in commercio hominum, unde excipiuntur res sacrae
& publicae, vel ad universitate pertinentes.

Q. 2. Vtrum etiam officia publica vendi queant?
R. id prohibitum quidem in Novell. 8. c. 1.
et in l. 6. C. ad l. Jul. repetund. sed in gal-
lia videmus contrariam praxin.

Q. 3. An emptio et venditio adiecto pacto
ne res ab emptore empta alienetur, faciat non
providere alienationem? R. quod non obstantia
tali pacto res nihilominus alienari possunt, l. 6. §. ff.
de pact. Ratio, quia tale pactum fit contra na-
turam Domini, et quaedam injuria continet, ut neque
homines de rebus suis aliquid omittere aut age-
re cogantur invito l. 14. C. §. h. Contrarium
tamen valde probabile est propter l. fin. C.
de reb. alien. n. alienand.

Q. 4. Quinam hunc contractum celebrare pos-
sunt? R. quod illi, qui in genere alios con-
tractus celebrare nequeunt pari modo hunc
emtionis contractum inire prohibeantur.
Inter quos etiam est Tutor, qui à pupillo
emere prohibetur, l. 3. §. fin. ff. de loc. con-
tract. empt. nisi interponatur contratoris au-
thoritas et judicis decretum. Pariter prohibe-

in contractibus captivis inter advocatum et clientem
sem libere adhuc pendentes l. quisquis §. propterea
C. de postul. Idem attenditur ad medicum
et agrotum durante morbo Widm. hic n. 9; ite-
rum officiale et subditum tempore durantis
officii §. l. qui officii ff. de contrah. empt. alio-
quin enim officialis contraveniens amittit re-
emptam et fisco in quadruplum deactur, C. Non
laet §. de contrah. empt. hoc tamen de captivitate
rerum immobilium, et nisi à principe facultas
contrahendi concessa sit, intelligendum est.

Q. 5. Quomodo emptor sibi providere, et
prospicere possit, si timeat venditorem ante-
quam tradit, alteri quoque venditurum, et hereditu-
rum esse? R. duplicem arripere potest cautela
primam est, ut emptor videat, ut venditor
sibi obliget nomine hypothecae omnia bona,
aut saltem rem emptam in specie, quia in
hypothecae is, qui prior de eo convenit, licet
posteriori res tradatur, adhuc nihilominus huius
posteriori praefertur Covar. var. resol. C. 2.
c. 19. n. 7. et alii Widm. hic n. 92. et alii
Ratio est, quod solo titulo ac conventio-
ne jus reale hypothecae absque alia traditione
transferatur, C. 1. et l. contrahitur ff. de
pign. et hypothec.

Altera cautela est, ut emptor sibi provideat
mediante fidei traditione seu constituto.
Est autem clausula constituti ut artus, ab-
quis factus, per quem possessio, et dominium
remanente nuda detentione penes constituen-
tem acquiritur, propterea si quis praecedente
titulo habili ad translationem dominij, veluti
si vendat, permittat rem suam, et constituat

Si se eam possidere nomine illius, cui illa
alienavit vendidit. Et tunc statim eadem ac-
quiritur possessio, et mediante possessione
etiam dominium, nullo est sine reali traditione
l. quod meo ff. de acquir. poss. l. qui
bona fide l. interdum §. fin. ff. de acquir.
poss. c. cum venisset de rest. spoliat. c. si di-
ligenti de prescript.

Q. 6. Quid sit pactum de revendendo et an
licitum? R. ad 1. quod sit conventio in-
ter emptorem et venditorem, ut venditor intra
certum et determinatum tempus aliquod, aut
quardecimum, pro lubitu suo, aut etiam sim-
pliciter sine expressa temporis assignatio-
ne possit rem venditam pretio restituto re-
tractare, et retractare. R. ad 2. affirma-
propter l. 2. C. de pact. inter empt. et vend.
item l. 12. ff. de res. prescript. quae leges
minime reprobatae sunt à ff. Canon.

Q. 7. Quid si certum et determinatum tem-
pus huic pacto non praefixum, sed absolute
et simpliciter conventum sit, quod venditor
rem venditam oblato pretio redimere possit
intra quantum temporis spatium tunc vendi-
tor ad redemptionem rei admittatur? R. Ita-
ten facultatem redimendi, 30 annorum cursu
concludi, et his elapsis non dari amplius ven-
ditori regressum ex Widm. hic n. ff. 110 et
plures alii apud ipsum cit. Ratio est, quia omni-
bus actionibus 30 vel 40 annis praescribitur
l. 1. C. de annul. except. ergo etiam huic fa-
cultati redimendi, quae ope duntaxat exceptio-
nis tollitur, ~~videtur et plures alios allegati.~~

Q. 8. Sed quid dicendum, si expresse conve-

tum fuerit, ut venditor toties, quoties, perpe-
 tuo, semper, vel alio redimere possit, an
 sine pacto redimendi prescribitur longissimi
 temporis spatium? R. Probabiliter non prescribitur;
 ad. Gail. pract. obser. l. 2. obser. 18
 n. 24. Berlich. p. 2. conclus. 2. n. 81. ubi
 pro hac sententia plurimos allegat auctores.
 Ratio me prima est, quod ea quae sunt me-
 ra facultatis, minime tolli queant pres-
 criptione l. 2. ff. de via public. et itin.
 Sed hoc pactum redimendi collatum est in
 liberam voluntatem et facultatem vendito-
 ris, ut possit quandoque redimere, ergo C.

Ratio secunda est, quod ille qui in mala
 fide constituitur, nullo unquam tempore gau-
 dere queat prescriptionis tempore c. fin.
 de prescript. Sed emptor qui in facultatem
 reuenditionis semper vel quandoque con-
 sensit, constituitur in mala fide, is enim
 dicitur in mala fide versari, qui scientia
 habet juris alieni et sua obligationis Can.
 si virgo 34. q. 3. ergo C. alia momenta
 cum solutione oblationum vid. Vidm. hie
 n. 111.

2. q. Cujus sit emolumentum, et ^{incrementum} ^{alluvionis}
 ex re retractus obnoxio proveniens?

R. Probabiliter hoc emolumentum remanere
 apud emptorem? Ratio quia ad eum pertinet
 commodum, ad quem pertinet incommodum l. 10
 ff. de R. 4. Sed si fundus talis diminueretur
 tunc tale damnum ad probabiliter cederet empto-
 ri, quia venditor postmodum non facile redi-
 meret, ergo etiam utilitas utilitas ad emptorem
 juste pertinet. Hanc sententiam plurimum con-
 firmat text in l. pen. Cod. de solut. vid. Fach.
 l. 2. c. 6. plura circa hoc partu vid. Vidm. hie n. 99. et seqq.

afferat conditionem, ut constat ex ipsa formula.
 3^o ut infra diem melioris conditionis affe-
 renda venditor adhuc vivat aut ei defuncto exis-
 tat haeres aliquis; his enim solis jacentis enim
 hereditate non adest voluntas, qua oblationem
 melioris conditionis approbare possit. 2^o
 ut si quis meliorem conditionem attulerit,
 prior emptor non sit paratus plus adicere,
 vel saltem tantundem apud quem haud dubie
 res empta permanere deberet. l. 4. ff. h. t.
 cum emptio prior, non posterior^{iam} perfecta sit,
 et posterior meliorem non afferat conditionem.

Ceterum quod fructus medio tempore percep-
 ti, si restitui debeant, si resolvatur
 emptio, dicemus in jur. Can. tit. de emptione
 et venditione quod meo iudicio etiam de
 consumptis, si emptor inde factus sit comple-
 tior, dicendum est. Ratio est, quod quando
 contractus deducitur ad non causam, res cum
 cum omni sua causa revertatur per l. 16. ff.
 de inoffic. testam.

Tit. 3.

De lege comissoria

Q. 1. Quid sit lex comissoria? R. est
 pactum, quo convenitur, ut si ad certum diem
 non solvatur pretium, res sit inempta, l. 1. ff. h.
 hac v. g. formula fit; vendi tibi meum
fundum hoc pacto, quod si pretium e. g.
centum florenorum intra tres menses non
solveris fundus sit inemptus.

Q. 2. Num venditor post diem solutio-
 ni destinatum, electionem habeat, pretium
 petendi, vel legem comissionam exercendi?
 R. haec aum habere l. 3. ff. h. si autem
 semel unum elegerit variare non potest
 et l. 4. §. 2. ff. h. et si pretium vel usuz

ras patat legi commissoria ^{seu} rei vindicationi renuntiasse videtur l. 6. l. 9. ff. h.

L. 3. Quid juris in fructibus? si eos interim emptor sibi suo jure percipiat, lege vero commissoria restituendi sunt venditori, quia nihil penes eum residere oportet, l. 5. ff. h. aliquid tamen ex fructibus cum parte pretii iam exsoluta percipiuntur, sic, tantum fructibus emptor lucretur, quantum pretii iam solverat. l. 4. §. 1. ff. h.

L. 4. Opus ne sit, ut emptor prius a venditore ad solvendum interpellatus? R. neg. quia dies interpellat pro homine, nisi iusta causa sit impeditus, ut si nemo sit, commissorem offerat. Itaq. l. 4. §. ult. aliquid est, si nulla die certa adjecta, quocumque interpellatione opus foret. Struv. h. Thes. 39.

Tit. 4.

De hereditate vel actione vendita.

Ex hujus Rub. inscriptione per se sufficienter innotescit quod duae diversa res, quarum una est hereditas, et altera actio examinanda sunt. Itaq.

L. 1. possit ne hereditas vendi? R. affirmative, si testator de ejus hereditate vendenda agitur, iam sit defunctus, seu non l. 1. ff. h.

L. 2. Quanam in hac venditione veniant?

R. non singula corpora, sed hereditas universa, sive saltem quantum ei ex hereditate ad eum pervenit ~~seu tota quae adit~~ l. 2. ff. h. adeoq. omne jus, quod in bona defuncti venditor habuit, nil amplius, nil minus.

L. 3. Vtrum nomina seu actiones iam reales, quam personales, vendi possint? l. fin. C. h. 1. adeo, ut nec debitoris consensus requiratur l. 3. C. h.

7 R. affirm.

2. 4. ad quid tenetur venditor hereditatis?

Lib. 18. 59

R. tenetur non tantum corpora rerum hereditariarum tradere, si illa possideat, l. 44. de v. s. l. 21. ff. h. sed etiam earum rerum, quas non tenet, persecutione, et omnes tam in rem, quam in personam actiones ad hereditatem pertinentes, cedere, l. 2. et 8. h. Prætere quoque, debet emptori, si quid dolo malo, vel lata culpa ejus factum est, quo minus perveniret ad ^{eum} l. 2. §. 4. l. ult. h.

2. 5. An singularium rerum evictionem præstandam venditor obligetur? R. Neg. cum inter ^{emptorem} et ^{venditorem} hic id agatur, ut neq, amplius, neq, minus juris in rebus habeat emptor, quam apud heredem seu ~~emp~~ venditorem futurum esset l. 2. ff. h.

2. 6. An etiã portio hereditatis, qua post venditam hereditatem jure accrescendi obvenerit, in emptorem hereditatis, qua post venditam hereditatem transeat? R. neg. nisi et illa comprehensa voluisse contrahentes, appareat. Cum enim tunc pars solum hereditatis sit vendita, et ex illa parte non proveniat accrescens deficientis heredis. Et Ratio est quod id jus accrescendi non à defuncto, sed beneficio legis habeat, jam autem illa tantum vendita videntur, qua quis à defuncto habet.

2. 7. An liceat aliena debita, seu chirographa minori pretio, quàm se continent emere?

R. quod per l. 21. C. Mandat. §. qua lex vocatur Anastasiana, id est, Imperatoris Anastasii. Statutum sit, ut is cui vendita est actio non plus exigere possit, quam ipse pretii nomine creditori exsolvit. sed hoc cum limitatione intelligendum, ut ^{videtur} in jure Can. l. 59. §. 1. 19. §. 3.

De Rescindenda venditione et
quando liceat ab emptione
Discedere.

Q. 1. Quot et quibus ex causis contractus emp-
tionis et venditionis dissolvi possit. R. 1.º mu-
tuo contrahentium consensu: nihil enim tam natu-
rale est, quam unumquodq; dissolvi eo modo, quo
colligatum est. l. 35. ff. de R. J. Quod si post-
rei traditionem placeat, ut emptori pretium et
res venditori restituatur non tam dissolvitur prior
emptio, quam nova emptio celebratur.

2.º ob pacta adjecta quibus convenitur ut ali-
quando dissolvatur emptio, venditio, ut superius ex-
positum est.

3.º ob dolum l. 5. §. 10 C. h. 4.º ob metum justum
l. 18. C. d. 4. 5.º ob lesionem ultra dimidium

pretii, de quo in jur. Can. l. 3. h. 17. §. 2. agimus
q. circa hanc lesionem

Q. 2. Quae actio competat? R. quidam dicunt, con-
ditionem ex lege, alii praescriptis verbis actionem,
alii ipsam actionem ex empto vendito dari sta-
tuunt, quam postrema sententiam cum Struvis hic
thes. 91. probant.

Q. 3. Ad quid agatur? R. ut ille, qui con-
venitur eligat, num ad aequalitatem pretii reduci,
an vero rem velit restituere aut recipere l. 2.
C. h.

Q. 4. An non cum re imperfa sit restituen-
da? R. Non esse dubium, arg. l. 5. ff. de imperf.

Q. 5. Habeatne resissio etiam in aliis contrac-
tibus locum? R. affirm. siue sint bona fidei,
siue stricti juris, siue nominati, siue innomina-
ti etiam in transactione, in divisione, in subasta-
tione, ubi nempe quis ultra dimidium laesus est;
quia in omnibus bona fides servanda est, l. 8. C. de iudic.

De periculo et commodo rei
venditae

Hunc titulum ^{prosequen} ~~prosequen~~ sumus in iure Can. c. 3.
l. 14. §. 1.

Tit. 7

De servis exportandis, vel si ita
manipium venierit ut manumissa-
tur vel contra.

Hic titulus moderno tempore est omnino
inutilis

Liber 19^{us}

Lib. 19.

De actionibus ^{Tit. 1.} empti et venditi

2. 1. Quae actiones sunt ex emptione? R. Sunt
Empti, et venditi. Actio ex empto datur emp-
tori adversus venditorem, ut res vendita
tradatur cum omni sua causa.

2. 2. Quando ex empto agatur? R. non
prius quam emptor pretium ^{quod} debet totum
soluerit, aut obtulerit, non vero cum
partem, l. 13 §. 8. ff. h.

2. 3. Sit ne praesumitur ut res necesse ut
res per a venditore postquam is pretium acce-
pit tradatur R. affirm. l. 11 §. 2. h.; mo-
do venditor tradere potest, et emptor non falsus
velit agere, in id quod interest.

2. 4. Quid si venditor offerat, quod inter-
est? R. per hoc solum liberari non potest.
Nec dicas ^{venditori} patrocinari text. in l. 24.
10, 12 c. h. l. 12 ff. h. nam contra est, quod ha-
ec leges sunt accipiendae de casu quo emptor volunta-